ꝙ in christo fuit apertura vulnerum et solutio
continuitatis recompensata ꝑ maiorē decorē
glorie: ⁊ ꝙ Thomas tetigit vulnera.

¶ Lectio. VI.

Benignus est enim
spiritus sapiētie: ⁊ nōn liberabit ma
ledictū a labijs suis: quoniā renū illi
us testis ē deus: ⁊ cordis illius scrutator ē ve-
rus ⁊ lingue illius auditor. Quoniā spūs dñi
repleuit orbē terrarum: ⁊ hoc qd cōtinet omnia
sciam hꝫ vocis. Hucusqꝫ docuit sapiēs qualit
homo virtuosus ordinare dꝫ in deū suas affe
ctiones. Hic autē exequit informare quomo-
do debet in deū ordinare suas locutiones. Et
circa hoc sic procedit. Primo docet vitare ma-
liciā loquendi in generali. Secundo quedā vi
cia loquēdi disuadet in speciali. ibi. Custodite
igitur vos. Circa primū duo facit. Primo ostē
dit ꝙ maliloquꝰ non pōt euadere impunitus
in iudicio per culpe sue terguersionē. Secun
do ꝙ non pōt euadere impunitꝰ per culpe sue
occultationē. ibi. Propter hoc qui loquitur.
¶ Circa primū duo facit. Primo ostēdit ꝙ iu-
dex suus habet de eo plenariā cognitionem.
Secūdo sue tante noticie assignat rōnem ibi.
A Quoniā spūs dñi ⁊c. ¶ Circa primum adhuc
duo facit. Nam primo ostendit ꝙ iudex pecca
toris maliloqui habet ad bonos sūmam pieta
tem. Secūdo ꝙ seruat ad malos iustam equi-
tatem. ibi. Et nō liberabit maledictū. Dicit er
go ꝑmo sic. Benignus ē spūs sapiētie. Et po
test hͦ spūs accipi dupliciter: Notionalit ꝑ spiri
tusancto. Iuxta illud Ioh. xv. Spiritus veri
tatis qui a patre ꝓcedit ille testimoniū perhi-
bebit ꝺ me. Essentialiter pro tota trinitate q̄ ē
deus. Iuxta illud Ioh. iiij. Spiritus est deus
⁊ eos qui adorant eū i spiritu ⁊ veritate opor
tet adorare. Et siue vno mō accipiat siue alio
modo. benignus ē spūs sapiētie. Est eni beni
gnus iustos exaudiēdo. malos reducēdo. cū
ctos recte regēdo. De primo i ps̄. Exaudi me
dñe qm̄ benigna ē misericordia tua. Est etiam
benignus malos reducendo. Iuxta illud Ro
ma. ij. Ignoras ꝙ benignitas dei ad peniten
tiam te adducit. De tertio Luc. vj. Benignꝰ
est sup ingratos ⁊ malos. Et Matth. v. Solē
suū oriri facit sup bonos ⁊ malos. Sic igit iste
sapientie spūs habet ad bonos summā pieta
tem. ⁊ tamē non ideo ꝓsumat peccator malilo
quus q̄ se finaliter nō emēdat ꝙ sit euasurꝰ im
pune: qꝛ nō liberabit maledictū. id est maledi
centē vel detractorē a labijs suis. id est a pena
sibi debita pro peccatis labiorū suorum: quia
sic dicit ps̄. Labor labiorum suorum operiet
eos. ⁊c̄ vsqꝫ vir liguosus. Et qꝛ possꝫ aliqs q̄re
re quomō puniet spūsanctꝰ malos hoies: cuꝫ
nō ostēdat se mō nosse eoꝝ pctā. Iō ꝯsequenter
ostēdit ꝙ iudex ille oim pctōꝝ plenariam habet
cognitionē. Et subdit. quoniā renū illiꝰ testis
est deus. ¶ Tria eni sunt que vellet peccator
maxime latere. videlicet delectationem sue vo
luptatis: cogitationem concepte vanitatis: lo
cutionē cōmunicate peruersitatis. ⁊ tamē oia
ista deus nude videt. Ista autēꝫ tria tangit sa
piens ꝑ tria corporis organa: videlicet. renes
cor. ⁊ linguā. In renibꝰ viget voluptas. in cor
de vanitas. ⁊ in lingua ꝑuersitas. ¶ Et respe
ctu istoruꝫ triū tres actus deo attribuit. Nam
respectu voluptatis ipe ē testis. respectu vani
tatis ipe est scrutator. Scrutari eni ē ad interi
ora ⁊ latētia penetrare. In ps̄. Scrutās cor-
da ⁊ renes deꝰ. Sꝫ respectu ꝑuersitatis seu falsi
tatis ipse est auditor. ergo habemꝰ ꝙ deꝰ pōt
eē iudex ⁊ testis. Testis: qꝛ videt ⁊ audit. iudex
quia scrutator ⁊ inuestigator ē cordis. Hiere.
xxix. Ego suꝫ iudex ⁊ testis: dicit dominꝰ. Er-
go patet cū sit sūme iustus. nō liberabit male-
dictū a labijs suis. Sꝫ qꝛ posset esse dubiū vn
de habet ille spūs sapiētie ꝙ videat ⁊ audiat ⁊
scrutet omnia. iō cōuenienter assignat sue co
gnitionis rōem. Est autē rō: qꝛ spūs ille ē vbi
qꝫ ꝑñtialiter. ⁊ potentialit. ⁊ essentialiter. Et hͦ
est qd subdit: quoniā spiritus dñi repleuit or
bem terrarum. Et pōt legi domini vel intran
sitiue vt sit sensus. Spūs dñi. id est spūs qui ē
dominus. vel transitiue. id ē qui est a deo pr̄e
⁊ a deo filio iste repleuit orbē terrarū. Hiere.
xxiij. Celum ⁊ terram ego impleo. Et Augꝰ.
Vbiqꝫ ē deus inter oia nō inclusus: extra oia
nō exclusus: super oia nō elatus. infra omnia
non depressus. Et hoc qd continet omnia. id
est idem spiritus qui omnia continet. id est gu
bernat ⁊ seruat omnia: sciētiā habet vocis. id
est noticiam omnium que ab homine dici pos
sunt quacunqꝫ vtatur lingua. Et ideo cauere
debemus in quibus delectemur. que medite
mur ⁊ qualia loquamur. quia iudex noster vi
det et audit quicquid homo cogitat vel dicit.
Et hoc ē qd cōcludit Boetiꝰ vlti. li. conso. sua-
rum. Auersamini inquit vitia. colite virtutes
ad rectas species animum subleuate. Humi-
les preces in excelsa porrigite. Magna vobis
si dissimulare non vultis indicta est necessitas
probitatis: cum omnia ante oculos agitis iu
dicis cuncta cernentis. ¶ Notanduꝫ ꝙ hic tā B
git sapiens tria corporis organa: que difficili
mum est regere ratione. renes. cor. ⁊ linguā.
Nam in renibus voluptas. in corde vanitas. ī
lingua falsitas dominatur. Et ideo difficilimū
est etiam sanctis ꝙ se regant perfecte in dele-
ctationibus que per renes signantur. in cogi
gitationibus que per cor. in locutionibus que
per linguam nominantur. Dicit Aristo. xiij.
de animalibus. Infirmitas renum in homie
est difficilis curationis. ¶ Moraliter quia in

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-277/0044
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG